

ventile mea, sive a pueritia mea, quod significat vox hebraica. Poterat etiam vere dicere ab infantes mea, vel a nativitate mea : quod praecepit et spemna Bethlehemita, et in *Egyptum fuga*, exiliumque testantur. « Exaltatus autem » in cruce tanquam in « olo regni, habens super caput titulum scriptum : « Jesus Nazarenus Rex Iudeorum », Joan. xix., « humiliatus sum », usque ad mortem, « et confundebatur » ob ceciditatem et ruinam populi mei. Vel, exaltatus a populis clamantibus, et dicentibus : « Benediccius qui venit Rex in nomine Domini », ut habeat *Lue. xix.* vol. : « Benediccius qui venit » in nomine Domini Rex Israel, « ut dicitur *Joan. xii.*, humiliatus a de causa usque ad flagella et mortem crucis, et confundebatur sum videns ceciditatem populi mei. In hebreo, pro *exaltatus autem humiliatus sum*, habetur ex versione S. Hieronymi : *Portavi furorem tuum*. Sed Septhaginta Interpres aliter accepterunt verbum *ambiguum* *לְנַפְרֵד* ; nam et *portare*, et *exaltare*, vel *exaltari* significat. Itaque S. Hieronymus unam significacionem, aliam Septuaginta Interpres secuti sunt. Vocem autem *לְנַפְרֵד*, *furorem tuum*, Septuaginta legisse videntur *לְנַפְרֵד*, a *verbō נָפַר*, quod *humiliari* et *deparceri* significat.

#### 17. IN ME TRANSIERUNT IRAE TUE, ET TERRORES TUI CONFUNDABERENT ME.

Reddit causam cur exaltatus humiliatus sit : quia videbatur ira Dei in peccatis multis et multiplicia totius generis humani, in ipsum Christum transierunt : nam a propter scelus populi sui percussit eum Deus, ut ait Isaías cap. xxix. « Et ipse (ut Petrus ait in *I Epist. II*) peccata nostra periret in corpore suo super lignum ». « In me, inquit, transierunt ire tua, » que super iniquos cassura erant ; et terrores tui, « quibus iniqui percellendi erant ; et confundebaverunt me ; » inde est enim, quod in horto cœpit pavere, et tredere, et

moestus esse, quia terrores Dei confundebant eum, ut qui peccata totius mundi expiaturus, divina justitia satisfacturus erat.

#### 18. CIRCUMDEDERUNT ME SICUT AQUA TOTA DIE, CIRCUMDEDERUNT ME SIMUL.

Declarat iram illam et terrores Dei fuisse instar maris deglutiens et absorbens hominem, quod supra breviter dixerat : « Repleta est malis anima mea. » « Circumdederunt me torrentes tui, sicut aqua tota die, » id est, undique, et semper me opprimebant et absorbabant. Idem repetit, dicens : « Circumdederunt me simul, » ubi in hebreo est aliud verbum, *בְּמִצְרַיִם*, sed idem significans.

#### 19. ELONGASTI A ME AMICUM ET PROXIMUM, ET NOTOS MEOS A MISERIA.

Hoc denique ad currulum malorum accedebat, quod solus calicem illum amarum bibere opus illi erat, nullo participie, et socio tante calamitate. « Elongasti », inquit, tempore passionis, « a me amicum et proximum, » Judam videlicet, qui longissime ab illo recessil factus proditor, et hostis ex amico et proximo. « Et omnes notos, » Apostolus videlicet, elongasti « a miseria » mea : nam « relicio eo omnes fugerunt, » *Math. xxvi.* Et quamvis postea mulieres et Joannes accesserint, illi non dolorem minuerant, sed augebant. Vere enim apud Isiam loquitur Dominus : « Torcular calcavi solis, et de genibus non est vir mecum ; circumclexi, et non erat auxiliaris ; quiesivi, et non fui, qui adjuvaret, » *Isa. lxii.* In hebreo, pro « a miseria, » habetur *לְנַפְרֵד*, id est, « a tenebris : » sed idem est sensus, tenebris siquidem miseriam significant, ut lux prosperitatem. S. Augustinus a vers. 15 usque in finem exponit omnia de corpore Christi, quod est Ecclesia, non de ipso Christo in se.

#### PSALMUS LXXXIX

#### SECUNDUM HEBREOS.

#### V. V. — 1. Intellectus Ethan Ezrahite.

2. Misericordias Domini in aeternum cantabo. In generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

3. Quoniam dixisti : In aeternum misericordia adificabitur in celis ; preparabitur veritas tua in eis.

4. Disposui testamentum electis meis, juravi David servo meo : 5. Usque in aeternum preparabo semen tuum.

Et adificabo in generationem et generationem sedem tuam.

#### V. S. H. — Eruditio Ethan Ezrahite.

Misericordias Domini in aeternum [*h. seculum*] cantabo : in generationem et generationem annuntiabo [*h. anotescam*] veritatem tuam in ore meo.

Quia dixi, sempiterna [*h. seculum*] misericordia adificabitur ; celos fundabis, et veritas tua in eis.

Percussi fodus cum electo meo : juravi David servo meo :

Usque in aeternum stabiliam semen tuum, et adificabo in generationem et generationem thronum tuum. SEMPER.

#### PSALMUS LXXXVIII.

6. Confitebuntur cœli mirabilia tua, Domine : etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

7. Quoniam quis in nubibus aquabatur Dominu : similis erit Deo in filiis Dei ?

8. Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum : magnus et terribilis super omnes qui in circuitu ejus sunt.

9. Domine Deus virtutum, qui similis tibi ? potens es, Domine, et veritas tua in circuitu tuo.

10. Tu dominaris potestati maris : motum autem fluctuum ejus tu mitigas.

11. Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum : in brachio virtutis tua dispersisti inimicos tuos.

12. Tui sunt coli, et tua est terra, orbem terrae et plenitudinem ejus tu fundasti.

13. Aquilonem et mare tu creasti ; Thabor et Hermon in nomine tuo exultabunt.

14. Tuum brachium cum potentia. Firmetur manus tua, et exaltetur dextera tua :

15. Justitia et iudicium preparatio sedis tuae : misericordia et veritas precedent faciem tuam.

16. Beatus populus, qui scit jubilationem ! Domine, in lumine vultus tui ambulabunt.

17. Et in nomine tuo exultabunt tota die, et in justitia tua exaltabuntur.

18. Quoniam gloria virtutis eorum tu es : et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

19. Quia Domini est assumptio nostra, et sancti Israel regis nostri.

20. Tunc locutus es in visione sanctis tuis, et dixisti : Posui adiutorium in potente, et exaltavi electum de plebe mea.

21. Inveni David servum meum : oleo sancto meo unxi eum.

22. Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum.

23. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei.

24. Et concidam a facie ipsius inimicorum ejus, et odientes eum in fugam convertam.

25. Et veritas mea, et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et [al. tac. et] confitebuntur cœli mirabilia tua, Domine, et veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

Quis enim in nube [al. *nubibus*] aquabatur Dominus ? assimilabitur Dominus in [al. de] filiis Dei ?

Deus inclitus [*h. robustus*] in areano sanctorum nimio, et terribilis in cunctis qui circa eum [*h. super omnes qui in circuitu ejus*] sunt.

Domine Deus exercituum, quis similis tibi, fortissime Domine ? et veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris superbie maris, et elationes gurgitum ejus tu comprimes [*h. magnificas*].

Tu confregisti quasi vulneratum superbum : in brachio fortitudinis tua dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt cœli, et tua est terra : orbem et plenitudinem ejus, tu fundasti ea.

Aquilonem et dexteram tu creasti : Thabor et Hermon nomen tuum laudabunt.

Tuum [*h. Tibi*] brachium cum fortitudine : roboretur manus tua, et exaltetur dextera tua.

Justitia et iudicium firmamentum throni tui : misericordia et veritas precedent faciem tuam.

Beatus populus qui novit jubilum ! Domine, in lumine vultus tui ambulabunt.

In nomine tuo exultabunt tota die, et in justitia tua exaltabuntur.

Quia gloria fortitudinis eorum tu es, et in voluntate [al. *misericordia*] tua elevabis cornu nostrum.

Quia a Domino est proteccio nostra [*h. protectore nostro*], et a sancto Israel rege nostro.

Tunc locutus es per visionem sanctus [*h. misericordibus*] tuis, et dixisti : posui adiutorium super robustum, exaltavi electum de populo.

Inveni David servum meum : oleo sancto meo unxi eum.

Cum quo manus mea firma erit, et brachium meum roborabit eum.

Non decipiet inimicus eum, et filius iniquitatis non affliget eum.

Sed concidam ante faciem ejus hostes illius : et qui eum oderunt, percutiam [*h. fulminabo*].

Veritas autem mea et misericordia mea [al. add. *erit*] cum eo, et in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

26. Et ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus.

27. Ipse invocabit me : Pater meus es tu : Deus meus, et susceptor salutis mea.

28. Et ego primogenitum ponam illum excellsum pra regibus terra.

29. In aeternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidele ipsi.

30. Et ponam in saeculum saeculi semen ejus, et thronum ejus sicut dies coli.

31. Si autem dereliquerint filii ejus legem meam, et in iudicis meis non ambulaverint ;

32. Si justificas meas prolataverint, et mandata mea non custodierint :

33. Visitabo in virga iniurias eorum, et in verberibus peccata eorum.

34. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea.

35. Neque profanabo testamentum meum, et quae procedunt de labiis meis non faciam irrita.

36. Semel juravi in sancto meo : si David mentiar :

37. Semen ejus in aeternum manebit. 38. Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo ; et sicut luna perfecta in aeternum, et testis in celo fidelis.

39. Tu vero repulisti et despaxisti : distulisti Christum tuum.

40. Evertisti testamentum servi tui : profanasti in terra sanctuarium ejus.

41. Destruxisti omnes sepes ejus : posuisti firmamentum ejus formidinem.

42. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam : factus est opprobrium vicinis suis.

43. Exaltasti dexteram deprimenti eum : letificasti omnes inimicos ejus.

44. Avertisti adjutorium gladii ejus, et non es auxiliatus ei in bello.

45. Destruxisti eum ab emundatione, et sedem ejus in terram collisisti.

46. Minorasti dies temporis ejus; perfudisti eum confusione.

47. Usquequo, Domine, avertis in finem : exardescet sicut ignis ira tua?

48. Memorare quea mea substantia : numquid enim vane constitui omnes filios hominum ?

49. Quis est homo, qui vivet, et non vi-

Et ponam in mari manum ejus : et in fluminibus dexteram ejus.

Ipse invocabit me, pater meus es tu, Deus meus, et fortitudo salutis mee.

Ego autem primogenitum ponam [h. dabo] eum, excelsum [al. et excelsum] regibus terra.

In aeternum [h. saeculum] custodiam ei misericordiam meam, et pactum meum fidele ei.

Et ponam perpetuum semen ejus, et thronum ejus sicut dies coli.

Si dereliquerint filii ejus legem meam, et in iudicis meis non ambulaverint ;

Si ceremonias meas profanaverint, et praecipa mea non custodierint :

Visitabo in virga secura [h. scelus] eorum, et in plagiis iniurias [al. iniuriam] eorum.

Misericordiam autem meam non auferam ab eo, ne mentiar in veritate mea.

Non violabo pactum meum, et quod egressum est de labiis meis, non mutabo.

Semel juravi in sancto meo, ne [h. si] David mentiar.

Semen ejus in aeternum [h. saeculum] erit, et thronus ejus sicut sol in conspectu meo [h. coram me],

Sicut luna stabilietur in aeternum [h. saeculum], et testis in celo [h. nube] fidelis. SEMPER.

Tu autem repulisti, et projecisti : iratus es adversus Christum tuum.

Attenuasti pactum servi tui : profanasti in terra diadema ejus.

Dissipasti [h. disrupti] omnes macerias [h. sepes] ejus : posuisti munitiones ejus pavorem.

Diripuerunt eum omnes qui transeunt per viam, factus est opprobrium vicinis suis.

Elevasti dexteram hostium ejus : letificasti omnes inimicos illius.

Nam et avertisti robur gladii ejus, et non sublevasti eum in praelio.

Quiescere [h. deficere] fecisti munditiam ejus, et thronum illius in terra [al. terram] detraxisti.

Abbreviasti dies adolescentiae ejus : operuisti eum ignominia. SEMPER.

Usquequo, Domine, absconderis in finem : succedetur quasi ignis indignatio tua?

Memento mei de profundo : alioquin quare frustra creasti filios hominum?

Quis est vir, qui vivat, et non videat mort-

debit mortem, eruct animam suam de manu inferi ?

50. Ubi sunt misericordiae tuae antiquae, Domine, sicut jurasti David in veritate tua?

51. Memori esto, Domine, opprobrii servorum tuorum (quod continuo in sinu meo), multarum gentium :

52. Quod exprobaverunt inimici tui, Domine, quod exprobaverunt commutationem Christi tui.

53. Benedictus Dominus in aeternum : fiat, fiat.

*Argumentum.* — Vid. notata Ps. LXXXVIII, vers. 1. Preces anxie pro conservatione regni Davidici, jam penitus afflicti, qua nuntitur promissio facta Davidi a Nathan, II Sam vi. Primum quidem promissio haec enarratur (vers. 3-13); deinde, no dubitetur, posse Deum et velle facere quod promiserat, celebratur potentia et clemens eius (vers. 6-19); evolutio divinae promissio (vers. 20-38) ; ab ista promissione longe recedit, praesens status (vers. 39-46); utinam quod David est politicus Iova, praestet (vers. 47-52)! Hinc stropha quinque. De tempore et occasione vide quae adnotavimus Ps. LXXXVIII, vers. 1.

1. Carmen Ethanis, Esrachitæ.

2. Misericordias (beneficia) Jovæ perpetuo canam, in omnes ætates notam faciam fidem tuam ore meo.

3. Nam dico (vel dixi) : In aeternum gratia tua est ædificata, in celis firmasti fidem tuam.

4. « Percessi feedus cum eleculo meo, juravi Davidi servo meo;

5. Usque in aeternum firmabo semen tuum, et ædificabo in omnes ætates solium tuum. »

6. Et laudant cœli (cœlites) mirabilia tua, Jova, atque fidem tuam in cœtu sanctorum (angelorum).

7. Nam quis in nubibus (celo) par est Jova? Quis similis est Jova inter filios hominum?

8. Deus terribilis est in consesso sanctorum (angelorum) valde, et timendus super (magis quam) omnes (angeli) circum eum.

9. Jova, Deus exercitum, Quis est sicut tu potens, Jova? et fides tua circum te est.

10. Tu dominaris in elationem maris; cum sese efferunt fluctus ejus, tu eos compescis.

11. Tu contrivisti, ut confossum vulneribus aliquem, Ægyptum, brachio tuo rbuscio dispersisti hostes tuos.

12. Tibi sunt coli, et tibi terra; orbis et quidquid eum implet, tu fundasti ea.

13. Aquilo et dextera (meridies), tu creasti ea; Thabor et Hermon (occidens et oriens) jubilant in nomine tuo.

## COMMENTARIA IN PSALMOS.

14. Tibi est brachium cum fortitudine (forte); robusta est manus tua, excelsa dextera tua.
15. Jus et justitia sunt fundamentum solii tui, gratia et fides praecedunt faciem tuam (ut satellites).
16. Beatus populus, qui seit tubae clangorem, o Jova, qui in lumine vultus tui ambulat!
17. Propter nomen tuum exsultant quotidie, et propter justitiam tuam se eferunt.
18. Nam decus roboris eorum tu es, et clementia tua effers cornu nostrum.
19. Nam Jovæ est clypeus noster, et Sancti Israëlis rex noster.
  
20. Tunc locutus es in visione (revelatione) ad pium tuum, et dixisti: Posui auxilium in heroe, extuli juvenem a populo.
21. Inveni Davidem, servum meum, oleo sancto meo unxi eum :
22. Quocum manus mea firma erit, et quem brachium meum roborabit.
23. Non inopinante opprimet hostis eum, et filius iniquitatis non affliget eum.
24. Et contundam coram eo adversarios ejus, et osores ejus percutiam.
25. Et fides mea et gratia mea cum illo erit, et per nomen meum elevabitur cornu ejus.
26. Et ponam in mari manum ejus, et in fluvio dexteram ejus.
27. Ipsa vocabit me: « Pater meus es tu, Deus meus et petra salutis meæ. »
28. Imo ego primogenitum faciam illum, Altissimum super reges terræ.
29. In æternum servabo illi gratiam meam, et fœdus meum firmum erit ei.
30. Et faciam æternitatem (æternum) semen ejus, et solium ejus sicut dies celorum.
31. Si reliquerint filii (posteri) ejus legem meam, et in iuribus meis non ambulaverint;
32. Si mandata mea violaverint, et jussa mea non servaverint:
33. Tunc visitabo (puniam) virga delictum eorum, et plagiis iniquitatem eorum;
34. Sed gratiam meam non rumpam ab eo (populo), nec frangam fidem meam;
35. Non violabo fœdus meum, et quod egressum est de labiis meis non mutabo;
36. Semel juravi per sanctitatem meam (me):

## PSALMUS LXXXVIII.

- « Si (haudquaquam) Davidi mentiar!
37. Semen ejus in æternum erit, et solium ejus sicut sol coram me.
  38. Sicut luna constabit in æternum, et testis in nubibus est fidus (puta Deus). »
  
  39. Et tamen tu dignaris, et rejicis! successores adversus virtutum tuum!
  40. Evertisti (vel rejecisti) fœdus servi tui, profanasti ad solum prosternens coronam ejus.
  41. Destruisti omnes muros ejus, fecisti munimenta ejus ruinas.
  42. Prædanatur eum omnes transeuntes in via, factum est probrum vicinis suis.
  43. Elevas dexteram oppressorum ejus, lætitia afficis omnes hostes ejus.
  44. Atque retrorsum vertis aciem gladii ejus, nec consistere facis eum in bello.
  45. Desinere facis de splendore ejus, et solium ejus ad terram dejicis.
  46. Abbrevias dies juventutis ejus, operis eum confusione.
  47. Quoniske, Jova, occultabis te in finem, ardebit instar ignis ira tua?
  
  48. Memento, ego quid avi sim, quam vane creaveris omnes filios hominis.
  49. Quis vir vivit, et non videbit mortem, eripit animam suam e manu orci?
  50. Ubinam sunt beneficia tua pristina, Domine, quæ jurasti Davidi per fidem tuam?
  51. Memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum; memor esto ferre mi in sinu meo omnes hos mullos populos.
  52. Memor esto, quod exprobavit hostes tui, Jova, quod exprobavit vestigia (gall. démarches) uncti tui.
  
  53. Benedictus sit Dominus in æternum!
- Amen! Amen!

## NOTE.

Vers. 2. *Canam*, canere volo. — Vers. 3. Misericordia Dei comparatur ædificio bene fundato (Hengstenberg, cui semper aliquid addi potest), illius autem veritas coelo, quod a firmitate Homero est γάλαξις. Proprie, *ceti* (nominat. *ψηλοί*)... *tuum in eis*. — Vers. 4-5. Subiiciuntur verba Jovæ *litteris* cum Davide initii (Il Sam. vii, 12 *επίτιτλον*) mentionem facientes. — Vers. 6. Quæ promissa respiciens vates *Dicit* jam celebrat potentiam, justitiam, &c. *Mirabilis* in gratiam cultorum tuorum patrata. — Vers. 9. *Cerum te aō zoni* parte, i. e. nomini fidus, totus fidus est. — Vers. 11. *Επιτίτλον* cum *τέχνῃ*, Vulg. Syr. appellativo *insolentias*, insolentiam significati acceptum volunt. — Vers. 16. *Clangorem*, quo ad festa Jove celebranda convocantur, i. e. qui Jovem colit. *Lumen vultus Jovis* de gratia et benignitate ejus usurpatum: id est, ta-

propitum habet. — Vers. 17. *Nomen tuum potens, eosque actibus protegens. Justitia eodem sensu usurpatum.* — Vers. 18. *Decus, etc., i.e. exornas eos robore. Effers, vel se effert, ut Maserethus volunt.* — Vers. 19. *Jova, a Jova. Cypenus, robur; aliū : cypenus, i.e. rex.* — Vers. 20. *Tunc. Persequitur jam quæ supra vers. 4 et 5 dicere capit. Pium tum, Nathem, Hengslenberg, populum Israëlitum; alius, Samuel. Posui auxilium, etc. i.e. totius populi propagatorem constitui heroeum, Davidem puta. Maurer : i.e. adjuvi eum (heroeum) : conf. Ps. xxi. 6. Juvenem : alii, electum, puta Davideum. — Vers. 21. *Inveni, exquirendo nactus sum. Non temere, sed cum cura, suos Deus eligit.* — Vers. 22. *Manus, etc. : auxilium meum præsto erit ei constanter.* — Vers. 26. *Faciam, ut dominetur in maria omnia longe lateque.* — Vers. 27. Cf. II Sam. vii. 14. — Vers. 28. *Reges sunt Jova filii (Ps. lxxxm, 6); hinc regum præstantissimus ejusdem est primogenitus.* — Maurer. Cf. Exod. iv. 22; Hebr. i. 6. — Vers. 30. *Dies dolorum : cf. Deut. xi. 21.* — Vers. 37. Cf. Martial. lib. IX, epigr. 1. — Vers. 39. *Schisma tribuum, hi[us] polysome in Sesac expugno.* — Vers. 41. *Falluntur, qui regem hoc loco vinee, mox urbū munite comparari putant (v. g. Hengslenberg).* Intelligentia sunt monia et munimenta urbium Israëlicarum, quæ rectissime dicuntur esse regis. — Maurer. — Vers. 44. *Aciem : Hengslenb. vim, prop. repen.* — Vers. 45. *De partitive sumitur : i.e. splendorē ejus; vel constructio est pregnante pro : desinere facis detrahendo de, etc.* — Vers. 46. *Juventus symbolum est roboris.* — Vers. 48. *Alii, memento mei? quid sit vita? minimi spatii. Alii corrigit na, queso; vel Adonai, Domine. Quam vane, cujus nihil causa, puta ad immaturam mortem.* — Vers. 50. *Fidem : cf. II Sam. vii. 15, 16.* — Vers. 51. *Populos, i.e. sustinere me in media terra ingentem hostium multitudinem. Alii : opprobrium omnino multorum popularum.* — Vers. 52. *Maurer sic necit, qui populi exprobant; aliis, quo opprobrio afficerunt, etc.* — Vers. 53. *Doxologia tertii qui hic clauditur libri.**

## BELLARMINI EXPLANATIO.

## PSALMUS LXXXVIII.

## TITULUS ET ARGUMENTUM.

## Intellectus Ethan Ezraite.

De Ethan Errata mentio fit lib. III Reg. cap. iv, ubi is ponitur inter viros sapientes. Est etiam Ethan unus ex principibus Cantorum, lib. I Paralip. cap. vi. Utrum autem sint unus et idem, an diversi; et si diversi, quis eorum in hoc titulo ponatur, incertum est. Graci legunt: *Ethan Israelita; sed videtur id vitio librivariorum irrepsisse: codices enim hebraici et latini habent: Ethan Errata.* Argumentum Psalmi continet desiderium populi Dei ir captivitate positum, ut cito Christus tanta ante promissus adveniat. Itaque primo loco ab initio Psalmi usque ad vers. 37 explicatur promissa facta David in perpetuitate regni ipsius. Deinde a vers. 37 usque ad vers. 45, ostenditur cum promissionem non fuisse adimplentum in filiis carnaibus, et regno temporali Davidis. Denique a vers. 45 usque ad finem, ponitur desiderium et oratio, ut promissio adimpleatur in Christo, vero et sempernato Rege, de quo intelligenda erat, non autem de terreno regno: nam, ut S. Augustinus fuisse docet in lib. XVII *De Civit. Det.* cap. ix, x, xi, xii et xiii, ea praecipua de causa voluit Deus regnum terrenum Davidi flni in Iechoniam et Sodœah, ut promissio de Christo Jesu Domino nostro intelligeretur: atque hoc admonet vox לְבָדֵךְ, id est intellectus, in titulo posită.

## EXPLICATIO PSALMI.

## 1. MISERICORDIAS DOMINI IN AETERNUM CANTABO.

Hæc est propositio et argumentum tofus Psalmi. Dicit enim Prophetæ ei in hoc Psalmo cantaturum misericordias Domini stabiles et firmas, id est, beneficia misericorditer promissa, que nunquam deficiunt, que apud Iosiam dicuntur cap. LV: Misericordias David fides. Illud ergo, « in aeternum, non conjugatur » in verbo, « cantabo », sed cum nomine, « misericordias ». Non enim David in aeternum cantare poterat, qui paulo post moriturus erat: sed cantaturum se dicit misericordias Domini in aeternum permansuras, id est, beneficia firma et stabilia in aeternum. Parum autem refert, quod in greco codice legitur, mi-

sericordias tuas, Domine, in hebreo et latino, misericordias Domini: nam idem est sensus, et priorem lectionem habet S. Augustinus, posteriorem S. Hieronymus.

2. IN GENERATIONEM ET GENERATIONEM AN-  
NUNTIABO VERITATEM TUAM IN ORE MEO.

Hic secundus versiculos est repetitio et explicatio primi: idem enim est, « in aeternum », quod in generationem et generationem; « idem quoque est, « cantabo », quod « annuntiabo in ore meo »; idem denique est, « misericordias fides », quod « veritatem tuam ». Itaque in primo versiculo dicit se cantaturum misericordias Domini, que in aeternum erunt; in secundo dicit se cantaturum veritatem Domini, id est, fidelitatem

## PSALMUS LXXXVIII.

in servandis promissis, que in generationem et generationem permanebit. Quod autem hoc loco illud : « In generationem et generationem, » debet conjungi cum nomine, « veritatem tuam », non cum verbo, « annuntiabo »; perspicuum est ex illa additione, « in ore meo ». Ne forte existimaremus voluisse Davidem dicere, se cantatum et annuntiaturum in aeternum per ora fideium, qui perpetuo Psalmos ejus cantabant, additum, « in ore meo », id est, ego ipse ore meo cantabo et annuntiabo misericordiam et veritatem Dei sempiternam. Sed hunc esse sensum horum versiculorum, manifestius intelligetur ex versculo sequenti.

3. QUONIAM DIXISTI: IN AETERNUM MISERICORDIA  
EDIFICABITUR IN COELIS; PREPARABITUR VERITAS  
TUA IN EIS.

Probat eternam esse misericordiam et veritatem Dei, id est, in aeternum duraturas, quoniam Deus ipse hoc dicit, qui mentiri non potest. Ego, inquit cantabo misericordiam et veritatem tuam, que in aeternum erit, « quoniam tu dixisti », et mihi Propheta tu revelasti. « In aeternum misericordia edificabitur in celis », id est, beneficia misericordierunt Davidi promissa in aeternum adiutum in celis consurgent, id est, firma et stabilia erunt, ut adiutum immobile, quod nulla temporum duratione destrui potest. « In celis » autem hoc misericordie adiutum erit, ubi sunt omnia aeterna. Non enim eventus pendebit a voluntate hominum mortaliom, neque consistit et decretis mutabilibus nitetur: sed in celis fundamentum suum habebit. « Preparabitur veritas tua in eis », id est, in iudeis celis fidelitas tua, qua promissa adimplies, preparabitur. Vox hebreica διατείνει διατείνειν τὸν πόλον, quod significat parare, firmare, dirigere, ordinare. Itaque sensus est: Fidelitas tua non poterit impediri ab ultra inferiore causa, quoniam in celis firmabitur et stabilietur; et similis erit ipsis celis, qui permanent in seculis seculi. In hoc versculo est aliqua varietas lectionis; nam in hebreo legitur in prima persona, *quia dixi*; in greco et latine in secunda; *quoniam dixisti*; sed in hebreo unius solius litterae mutatione differentia est inter primam et secundam personam. Itaque facile fuit litterulan illam addere, vel demere librarius. Sensus autem est idem: nam si legatur *dixi*, sensus erit, to inspirante dixi; si legatur *dixisti*, sensus erit, per os meum dixisti, vel mihi dixisti. Illud, *in celis*, in greco conjuguntur cum verbo *parabili*, et omitit illud, *in eis*, hoc modo: *In celis preparabitur veritas tua;* sed quoniam in hebreo habetur, *in eis*, distinctio et lectio communis vulgaris editionis retinenda est, que conjugit in celis cum verbo *edificabitur*, et non omittit *in eis*. Hebreus codex non concordat neque cum greco, neque cum latine; sic enim S. Hieronymus ex hebreo reddit: *Celos fundabi-*

*bit, et veritas tua in eis.* Et quidem hanc lectionem voces hebraicas paluntur; sed sententia non videtur apte coherere cum precedentibus, neque facile intelligi posse. Quid enim est: *Misericordia preparabitur, celos fundabit?* nonne colli ab initio fundati sunt? eur debent iterum fundari, et quemadmodum de misericordia dicitur, *adiscibiliter?* nonne aptum erat ut de veritate diceretur, *preparabitur, vel firmabitur*? aut *fundabitur?* El vox hebraica διατείνει facile potest per mutationem punctorum, et *iota in rau*, verbi in *τὴν οὐρανὸν* theion, quod est *parabili*, *vel firmabitur*, et sic legesse credibile est Septuaginta Interpretes. De voce, *in celis*, non est facienda difficultas, quoniam etiam in hebreo desit propositio *in*, et ideo S. Hieronymus verterit *celos*, tamen sepe Hebrei prepositionem omittunt, eamque subintelligunt; et Septuaginta Interpretes eam addere solent, ut hoc loco fecerunt.

4. DISPOSUI TESTAMENTUM ELECTIS MEIS: JU-  
RAVI DAVID SERVO MEO, USQUE IN AETERNUM PRE-  
PARABO SEMEN TUUM.5. ET EDIFICABO IN GENERATIONEM ET GE-  
NERATIONEM SEDEM TUAM.

Explicit nunc misericordiam fidelem, quam initio cantaturum se dixit. Est autem haec misericordia, promissio quedam pacto et juramento firmata de posteriori Davidis, et regia dignitate sempererna, quæ promissio habetur II Reg. vii, ubi David cupit edificare domum Domino, id est, templum, ubi requiesceret abra Dei, et sacrificiis Deus coleretur. Deus autem hoc bonum Davidis desiderium remuneravit per Nathan Prophetam, promissionem domus ejus edificande, id est, propagande posteritatis, et regni in domo ejus stabiliter usque in sempiternum. Hoc igitur significat, cum ait: « Disposui testamentum electis meis », id est, percussi fodus cum populo meo electo. « Juravi David servo meo, » id est, promisi cum juramento Davidi principi populi mei electi. « Usque in aeternum preparabo semen tuum », id est, hoc erit pactum juratum, ut stabiliam sobolem ejus usque in aeternum, ut numerum desit filius aliquis Davidis. « Edificabo in generationem et generationem sedem tuam », id est, multiplicabili tempora regni tuum aeternum. Quemadmodum enim edificare domum hebreia phrasit, est multiplicare sobolem: sic etiam edificare sedem regni, est multiplicare tempora regni, sive efficere ut regnum diuturnum, vel potius aeternum sit. Itaque omnia sine dubitatione in Christum solum convenient, qui futurus erat de semine David, et regnatus in aeternum. Declaravit hoc Isaías cap. ix, ubi ait: « Multiplicabitur ejus imperium, et pacis non erit finis. Super solium David, et super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud, et corroboret in iudicio, et justitia, a modo, et usque in sempiternum. » Id etiam declaravit

Angelus Gabriel *Lvc. i*: « Dabit ei dominus deus sedem Davidis patris ejus, et regnabit in domo Jacob in aeternum, et regni ejus non erit finis. » Neque possunt haec intelligi de regno temporali, quod iamdulc eversum est, sed de regno spirituali et sempiterno, in quo Iudei valde hallucinantur et errant exspectantes Messiam, qui Ierosolymis temporali regnet. In hebreo legitur in singulari, *electo meo*; sed Septuaginta verterunt in numero multitudinis, *electis meis*: nam populus electus per utrumque numerum significari potest. In eodem hebreico codice *lagiūr, pepīgō pōctūm*, pro quo nos habemus: *Dissipatio testamentum. Sed Septuaginta plerumque pāctūm testamentum vocat. Vulgata quoque interpres, lib. I Machab. cap. i, scribit: « Disponimus testamentum in gentibus, » quod nihil aliud est, nisi pactum faciamus cum gentibus.*

**6. CONFITEBUNTUR Cœli MIRABILIA TUA, DOMINE; ETENIM VERITATEM IN ECCLESIA SANCTORUM.**

Exposita summa promissionis Dei, antequam fusus illam explicet, excurrit in laudes ejusdem Dei, ut offerat sacrificium gratiarum actionis: ac primum S. David, videns se non esse idoneum ad agendas gratias pro tanto beneficio, dicit Angelos in celo Deum laudatores, gratias acturos. *Confitebuntur, inquit, cœli mirabilia tua,* id est, ego par non sunta laudi, quanto pro hac re tibi debetur, sed « confitebuntur, » id est, *laudant cœli, » id est, Angelii habitantes in cœli, » mirabilia tua,* id est, admirabilem misericordiam tuam: « etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum, » id est, confitebuntur etiam laudes veracitatis et fidelitatis tue in cœtu sanctorum Angelorum, qui tibi innumerabiles semper assistunt. Illi enim melius neverunt magnitudinem misericordie, quæ in aeternum aedificatur in cœli, quam nos, qui in terra jacemus. Illud, *etenim, non est* pars cultura rationalis hoc loco, sed conjunctio, idem valens, quod et, vel *etiam: nam in hebreo est ἦν αρι,* quod significat *etiam.*

**7. QUONIAM QVIS IN NIBIUS AQUABITUR DOMINO: SIMILIS ERIT DEO IN FILIIS DEI?**

Probat Angelos non recusatores officium laundi Deum, quoniam sunt ipso Deo longe inferiores. « Quoniam, inquit, quis in nibiis aquabitur Domino? » id est, quis corum, qui super nubes cœli degunt, « aquabitur Domino? » quasi dicat: Nullus cœlium conditor cœli aequalis est, omnes subjecti, omnes servi; ac deinde id ipsum repetit, dicens: « Similis erit Deo in filiis Dei? » id est, quis ex filiis Dei, quales Angeli sancti qui cum sint filii Dei, consequenter etiam illi sunt, « similis erit, » similitudine aequalitatis, ipsi un vero Deo, qui Deus est per naturam, non per gratiam; per essentialiam, non per participationem? Illud, *in nibiis, id est, as si dictum*

fuisset, *in cœlo.* Vox enim hebraica utramque significat; et tum Septuaginta, tum S. Hieronymus eandem vocem hebraicam γῆν hic vertunt nubes, et paulo infra verterunt cœlum, ubi dicitur: « Et testis in cœlo fidelis. » Itaque non significat hoc loco, quod Angeli propriæ sint in nibibus, sed quod sint in cœlo. Nubes enim pro cœlo ponuntur. S. Augustinus existimat sensum esse, nullam ex nibibus aequali posse Deo; et quia videbatur nimis humilius esse comparatio nibium ad Deum, per nubes significari voluit predicatores; per Dominum vero, Deum incarnatum, id est Christum: sed prior expositus est magis literalis.

**8. DEUS QUI GLORIFICATUR IN CONSILIO SANCTORUM, MAGNUS ET TERRIBILIS SUPER OMNES QUI IN CIRCUITU EJUS SUNT.**

Ostendit vere nullum angelorum sanctorum conferre posse cum Deo, quoniam Deus est, qui glorificatur in consilio Sanctorum, id est, qui in cœtu supernarum potestatibus gloriose agnoscitur; « magnauste » est potentia, et sapientia, et ideo reverendus, et metuendus super omnes Angelos, qui in circuitu ejus sunt ut milites in circuitu regis, et servi in circuitu domini sui. Verbum glorificator, in hebreo γένος, propriæ significat, robustus est, praveolus, eminet; S. Hieronymus vertit *inclytus est.* Illud, *in consilio, accipitur pro loco consili secreti: nam in hebreo est οὐδεν, quod secretum significat.* Sunt autem Angeli quasi secretum consilium Dei, non quod Deo consilium dent: « Quis enim ejus consiliarius fuit? » inquit Isaias cap. xl, et Apostolus Rom. xi; sed quod Deus secreta consilia sua eis revelat et, per eos exequatur: atque in hoc consilio Sanctorum Deus mirifice glorificatur, admirabitur supernis illis Senatoribus consilia et judicia infinitè sapientiae Dei. Illud, *in circuitu ejus sunt, non repugnat immissitudi Dei, que omnia ambit et replet; nam quamvis Deus sit ubique, tamen non extenditur per loca; sed est ubique totus, et ideo possunt Angeli esse in circuitu Dei, quatenus omnes illum influent et totum vident, quamvis et ipse sit in circuitu Angelorum, eosque undique circumspicit et conservet. Similis sententia est Apoc. xi: « Et omnes Angeli erant in circuitu throni. »*

**9. DOMINE, DEUS VIRTUTUM, QUIS SIMILIS TIBI? POTENS ES, DOMINE, ET VERITAS TUA IN CIRCUITU TUO.**

Quod Prophetæ dixit in laudibus Dei per modum narrantis, nunc idem dicit ipsum Deum aliquid, et copiosus laudes ejus percurrentur. « Domine, inquit, Deus virtutum, quis similis tibi? » id est, tu Domine, es Deus exercitum, multorum videlicet milium Angelorum; sed in his omnibus ita omnes, ut nullus sit perfecte tibi similis. « Potens es, Domine, et veritas tua in circuitu tuo, » id est, ideo nullus est perfecte si-

millis tibi, quia tu solus es potens, non potens facere hoc, aut illud, sed absolute potens, quia omnia potes, et nihil potestati tua resistit: nee solus potes omnia facere, sed etiam re ipsa facis, quod promitis a facturum; fidelis enim es in omnibus verbis tuis. Dicitur autem veritas, id est, veracitas, et fidelitas esse in circuitu Dei, quoniam est veluti cingulum Dei; dicitur enim *Isai. xi: « Et erit justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorum renum ejus, »* ut enim cingulum adstringat vestes, ut corpori firmiter adhaeret: sic veracitas adstringit verba promissionum, ut non mutentur, sed implentur; et quemadmodum cingulum facit hominem expeditum ad ambulandum, unde dicitur *Tobie v, Angelum Raphaalem apparuisse, ut juvenem praecinctum et paratum ad ambulandum;* sic veracitas facit ut, omnibus remotis impedimentis, homo expedite prædictatur ad implenda promissa.

**10. TU DOMINARIS POTESTATI MARIS, MOTUM AUTEM FLUCTUUM EJUS TU MITIGAS.**

Dixit Deum esse potentem et fidelem, nunc probat Deum esse potenter, ex eo quod dominatur mari, et motus eius mitigatione. Mare siquidem horrendum in modum aliquando turbatur et fremit; et quia latissimum et profundissimum est, et fluctus suos usque ad cœlum extolleret videtur, ideo Creatoris omnipotenti in eo sedando et compescendo cernitur. De qua se sit loquitor Dominus Job. cap. xxxviii: « Circumdedi illud terminis meis, et posui vestem et osia, et dixi: Usque huc venies, et non procedes amplius, et hie confringes tumentes fluctus tuos. » Et *Hieron. v: « Mo ergo non timebitis, et a facie mea non delebitis, qui posui arenam terminum mari, præceptum semperiterum, quod non præteribit; et intumescent fluctus ejus, et non transibunt illud. »* Sed maxime Deus ostendit potentiam suam super mare, quando siccavat mare Rubrum, et motum ejus ita mitigavit, ut staret quasi murus hinc, atque inde, dum transiret populus hebreus per medium sicci mari, ut dicitur *Erod. xiv. Illud, potestatis maris, significat elationem, et quasi superbiā maris, ut sensus sit: Tu dominaris superbiā maris, elationes ejus comprimit. Quod explicatur in verbis sequentibus, et motum fluctuum ejus tu mitigas. »*

**11. TU HUMILIasti SICUT VULNERATUM SUPERBUM: IN BRACHIO VIRTUTIS TUE DISPERSISTI INIMICOS TUOS.**

Hec ad litteram videntur intelligenda de Pharaone et exercitu ejus: et recte conjunguntur cum superioribus verbis. Eodem enim tempore Deus mitigavit mare, usque ad siccationem, et interfecit superbum Pharaonem, quasi vulneratum et debilem, et dispersit exercitum ejus. Quod clarus legitur apud Isaiam, cap. li: « Numquid non percussisti superbum, vulnerasti draconem?

ret Deum esse verum eorum Dominum, quam de Angelis habitatoribus oculi, quibus ea persuasio necessaria non erat: quinquam etiam ab una parte de toto iudicium fieri poterat.

13. THABOR ET HERMON IN NOMINE TUO EXULTABUNT: TUM BRACHIUM CUM POTENTIA.

Dixerat Deum creavisse Aquilonem et mare, id est, Austrum: nunc addit orientem et occidentem. Sed more poetico describit orientem et occidentem per montes « Thabor et Hermon, » quorum unus est terra promissionis ad orientem, alias ad occidentem: sicut etiam poetico more describit creationem per effectum exultationis, ac si diceret: Oriens et occidens a te creasti « exultabunt, » et gestient, et in laudes tuas modo prouerpunt, ob tam insignis beneficium creationis. His dictis concludit, « Tuum brachium cum potentia, » id est, ex creatione oculi et terrae, ut etiam ex eo quod dominaris potentie maris, et humiliasti superbum, et dispersisti inimicos tuos, colligimus tum brachium esse fortissimum, coniunctum videlicet non cum debilitate, vel infirmitate, sed cum absoluta omnimoda potencia.

14. FIRMETUR MANUS TUA, ET EXALTETUR DEXTERA TUA, JUSTITIA ET JUDICIUM PRÆPARATIO SE-DIS TUÆ.

Duo quedam prædicaverat deo sanctus Propheta in octavo versiculo, potenter et veritatem; ac de potentia multa dixit in quinque versiculis nono, decimo, undecimo, duodecimo et tertio decimo: nunc incipit explicare et laudare veritatem, que judicium etiam etiustitia dicuntur, et cum misericordia semper conjuncta esse solet. Ait igitur: « Firmetur manus tua, et exaltetur dextera tua; justitia et judicium preparatio sedis tuae, » id est, opere quidem, et gaudeo quod manus tua « firmetur, » id est, roboretur: sive potens et robustissima sit; et eadem dextera tua « exaltetur, » id est, laudetur et magnificetur ab omnibus, ut æquum est, sed simul « justitia, et judicium, sit preparatio sedis tuae, » id est, misericordia et justitia præparant, ornent et stabiliant thronum tuum. Existimamus hoc loco per justitiam, intelligi bonitatem et misericordiam, quo modo accipimus nomen justitiae, *Matth. v.* « Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scripturam et Phariseorum » etc., et *Matth. vi*: « Attende ne justitiam vestram faciat coram hominibus: ubi per justitiam significatur elemosyna; et hiderem: « Primum quæ i<sup>t</sup> regnum Dei, et justitiam eius. » Nam hoc idem repeatitur alii verbis in sequenti versiculo: « Misericordia et veritas precedunt faciem tuam. » Est autem hoc loco metaphora desumpta a corporali solito regum: quemadmodum enim antequam rex procedat ad solium jura datur, præcedunt famuli, qui solium preparant, stabilunt, et ornant: sic ad iudicium Dei præsupponuntur misericordia et justi-

tia, que faciunt ut iudicia Dei justissima sint, nec possint illo modo esse iniqua. Deus enim primo exhibet misericordiam magnam hominibus omnibus, docendo per leges, iuvando per gratiam, incitando ad bonum per premiorum promissionem, absterrendo a malis per comminationem penarum; et postea exhibet justitiam remunerando bonus, et puniendo malos: nisi enim misericordia præcederet justitiam, omnes perirent. Hinc etiam admontentur reges et principes terreni, thronos eorum multo melius ornari et stabiliri misericordia et justitia, quam auro et gemmis, ne minus debere bonus principes dare operam, ut peccata nostra fiant, quam ut puniantur, cum facta sunt, non enim desunt aliquando: si non principes ipsi, at certe aliqui ipsorum ministri, qui latenter multipliciter delictorum, ut habeant occasionem lucri in exercenda justitia: quique moleste ferant, cum a viris piis ex cogitationi remedia ad impedienda, vel minuenda delita, quasi hoc redudet in detrimentum caudicorum et iudicium: sed ubi misericordia et justitia preparant thronum, cupiditas et iniquitas locum non habent.

15. MISERICORDIA ET VERITAS PRÆCEDENT FA-CIEM TUAM: BEATUS POPULUS, QUI SCIT JUBILA-TIONE!

Prior pars hujus versiculi apud Hebreos conjugitur cum superiori versiculo; nihil enim est aliud, nisi repetitio illorum verborum, « justitia et iudicium preparatio sedis tuae. » Itaque sensus est: « Misericordia et veritas, » id est, justitia, « præcedent faciem tuam, » ut præparent sedem tuam, cum ad iudicium venturus es, id est, ceri sumus te non iudicatum, nisi justissime, et premissa misericordia; ut minus invenias quod punias, et fidelite reddas uniuersique secundum opera eius. His explicatis de potentia et veritate Dei cum misericordia conjuncta: applicat hec ad populum Israeliticum, et in particulari ad ipsum Davidem: ostendens in populo Dei et in persona Davidis maxime locum habere potentiam, misericordiam et justitiam Dei. « Beatus, inquit, populus qui scit jubilationem, » id est, vere pra omnibus populis felix est populus Israeliticus, qui scit per notitiam et experientiam ha laudes Dei, et scit jubilare, id est, magno affectu laudare Deum. Hinc intelligimus non esse beatum, qui voce tantum Deum laudat, nisi etiam vere intelligat, et cogitet Deum esse laude dignissimum, imo dignissimum, quam verbis exprimi possit, et ideo ad jubilum cordis reurrendum esse, dum utecumque voce et cantu eum laudamus.

16. DOMINE, IN LUMINE VULTUS TUI AMBULA-BUNT, ET IN NOMINE TUO EXULTABUNT TOTA DIE, ET IN JUSTITIA TU EXALTABUNTUR.

Explicat quare beatus sit populus, qui scit ju-bilare: quoniam, inquit, homines hujus populi

*Sanctus Israelis*, quoniam a populo Israel peculiari sanctificari, id est, sanctus haberi, et dici, et nomen suum nulla blasphemia, aut maledictione, pollui volebat. In hebreo pro *assumptio nostra*, habetur *protectio nostra*; sed idem est sensus: Deus enim assumpsit populum Israel, ut eum protegeret et defendereret.

19. TUNC LOCUTUS ES IN VISIONE SANCTIS TUIS, ET DIXISTI: POSU ADIUTORIUM IN POTENTE, ET EXALTAVI ELECTUM DE PLEBE MEA.

Hic jam incipit descendere ad personam suam, tanquam caput populi a Deo peculiariter dilectum. Sed oritur hoc loco gravis quæstiio: An hebreo verba et sequentia debeat exponi de Davide, an de Christo? S. Augustinus exponit omnia de Christo, sed repugnat huius expositioni quod Apostolus *Act. xiii*, exponit de ipso Davide illa verba: « Inveni David Jesse, virum secundum cor meum; » quæ verba sumpta sunt, parlim ex hoc loco, parlim ex lib. I Reg. cap. xiii. Præterea, quod dicit infra: « Et ponam in seculum seculi semen ejus, » non videtur ad litteram convenire Christo, qui proprio non reliquit semen, id est, filios; sed optime convenit Davidi, cui Deus promisit, II Reg. vii, quod post mortem ejus poseret de semine ipsius in throno regni, et regnum per ipsum semen eternum esset. Alii exponunt omnia de Davide in persona sua: sed repugnat huic expositioni illa verba: « Ego primogenitum ponam cum, ex celsum per regibus terræ, » et alia multa, ut infra demonstrabimus. Euthymius exponit parlim de Davide, parlim de Christo: sed huic expositioni repugnat continuatio verborum; omnia enim verba ita contexta sunt et continua, ut ad eundem perfineant. Existimo igitur omnia expona-nesse ad litteram de Davide, sed implenda magna ex parte per Christum, ita ut dicatur David primogenitus Dei, et excelsus per regibus terra, non in se, sed in Christo filio suo, et hoc videtur esse Theodoreti sententia. Sed si hoc non placeat, adherendum erit omnino sententie S. Augustini: quod enim omnia dicantur de Davide in persona propria, judaeus error est. Tunc, inquit, quando assumpserat populum Israel in populum peculiarem, providist etiam ei regem peculiariter tibi placitum; nam locutus es in visione, sive revelatione sanctis tuis Prophetis, videlicet Samuelem primum, et postea Nathan, ut intelligi potest ex lib. I Reg. xv, et lib. II, cap. vii. « Et dixisti, posui adjutorium, » potente, » id est, posui, sive constitui auxilium populo meo in nomine robusto, et forti corpore et animo, qui facile poterit liberare populum ab omnibus hostibus ejus. « Et exaltavi electum de plebe mea, » id est, constitui adjutorium populo meo in viro potente, quia exaltavi in regem, et protectorem, ac defensorem populi, hominem electum a me de omni plebe mea. S. Augustinus hec etiam ex-

17. QUONIAM GLORIA VIRTUTIS EORUM TU ES, ET IN BENEFACITO TUO EXALTABITUR CORNU NOSTRUM.

Pergit humiliare superbiam humanam, quæ valde facile sibi tribuit que Dei sunt, et inde meretur amittere que accepérat. « Dixi, inquit, in justitia Dei exaltabuntur, quoniam gloria virtutis eorum tu es, » id est, virtus et robur eorum, unde proficiunt et ascendunt, a te est, non ab illo, et ideo in te, non in se gloriar debent; tu enim es, qui das illi virtutem, et gloriros eos facis. Id autem facis, non quia illi merentur, sed quia tibi placet: nam « in benefacito tuo, » id est, in bona voluntate tua erga nos, a qua bona omnia procedunt, « exaltabitur cornu nostrum, » id est, robusti et fortes erimus adversus inimicos nostros.

18. QUA DOMINI EST ASSUMPTIO NOSTRA, ET SANCTI ISRAEL REGIS NOSTRI.

In hoc enim apparuit beneplacitum Dei, quod ex omnibus populis terrarum, plaeuit illi assumere populum Israel in suum ac proprium. « Domini est assumptio nostra, » id est, Dominus ex beneplacito suo, non ex meritis nostris, nos assumpsit in populum peculiarem, ac Rex noster esse dignatus est; ideo enim subjungit: « Et Sancti Israel regis nostri, » ubi Israel est genitivi casus, ut appareat ex textu hebreo. Dicitur autem Deus a Davide, et ab Isaia, et aliis Prophetis,

ponit de Christo, qui proprio potentissimum fuit, et electus ac dilectus pro omnibus. In greco pro *sanc-tuis tuis*, habetur, *filiis tuis*; sed S. Hieronymus in epist. ad *Suri-anum et Fre-tel-lam*, dict omnes Interpretes verisse, *sanc-tis tuis*, ut habetur in hebreo, excepto auctore sexta editionis, que habet, *Prophetis tuis*, et auctore communis editionis, que habet, *filiis tuis*; sed in sensu nulla est diversitas: idem enim et prophete, et filii Dei, et sancti dei possunt.

20. INVENI DAVID SERVUM MEUM, OLEO SANCTO  
MEO UNXI EUM.

Explicit quis sit ille vir potens, ac dicit esse ipsum Davidem, quem invenit dignum qui eligetur, et ungeretur in regem; et quidem de Davide ad litteram hec exponi possunt, quoniam constat unctum fuisse a Samuele. Sed etiam per Davidem hoc loco S. Augustinus intelligit Christum, quem Ezechiel, cap. XXXIV et XXXVI, expresse Davidem nominat: de eius unctione legitimus *Psalm. XLIV*: « Unxit te Deus, Deus tuus. » Quod autem dicitur Deum invenisse Davidem, metaphorum est; non enim Deus egit inquisitionem, qui omnia quantumvis oculata uno intuito respici: sed dicitur quare et invenire, quia non eligit eas, neque accipit obvium quicunque; sed facit sine labore inquirendi, quod facere solent homines, cum post longam et maturam inquisitionem invenient quod optimum est, id est, elegit eum, qui dignissimus atque apertissimus est.

21. MANUS ENIM MEA AUXILIABITUR EI, ET  
BRACHIUM MEUM CONFORTABIT EUM.

22. NIHIL PROFICIT INIMICUS IN EO, ET FILIUS  
INQUITATIS NON APPONET NOCERE EI.

23. ET CONGIDAM A FACIE IPSIUS INIMICOS EJUS,  
ET ORIENTES EUM IN FUGAM CONVERTAM.

Hec quoque de Davide tecum exponi possunt, qui Dei auxilio multas victorias de inimicis suis obtinuit: tamen longe verius exponuntur de Christo. Nam in Davide proficit inimicus diabolus, eumque decepit, cum ad crimen adulterii atque homicidii eum perduxit; proficit quoque in eo inimicus Absalon, et circumvenit, cum eum de regno expulit, et ad fugam compulit. Sed manus, et brachium Domini, quod est ipsum Dei Verbum, potentia et sapientia Patris, ita corroboravit humanitatem Christi hypostaticae sibi unitam, ut nihil in eo homini proficeret potuerit ullus inimicus: neque ulla modo decipere, aut circumvenire; sed contra potius, omnes qui eum oderant, a facie ejus eas et vieti in fugam conversari; quamvis enim Christus flagellis cæsus et cruci affixus fuerit ab inimicis, tamen haec passus est, quia voluit, et haec ipsa passione diabolum vicit, et captivos illi eripuit, et de illo glorioissimo triumphavit. Iudeos quoque inimicos Christi videmus hodie dispersos per

orbem terrarum, quasi exercitum fusum et fugatum.

24. ET VERITAS MEA, ET MISERICORDIA MEA CUM  
IPSO, ET IN NOMINE MEO EXALTABITUR CORNU EJUS.

Hec quoque in Davide vix adumbrata, in Christo perfectissime impleta sunt: nam veritas et misericordia Dei cum Christo semper perseveraverunt: misericordia fuit assumptio humanitatis ad unionem hypostaticam, que nunquam disrupta potuit, ne per ipsam quidem mortem; veritas autem fuit, in eo quod fideliter implevit Deus, quod angelus promisit, *Luc. I.*: « Regnabit in domo Jacob in eternum, et regni ejus non erit finis. » Ex hoc autem quod veritas et misericordia semper cum eo perseveraverunt, factum est ut in nomine Dei exaltaretur cornu ejus, id est, potentia ejus eisque ut in nomine ejus omne genus fluctuat, coelestium, terrestrium et infernum. Dicitur autem exaltari potestas Christi in nomine Dei, quia « gloria ejus est tanquam unigeniti a Patre, » *Joan. I.*; et ab omnibus adoratur, ut Filius aeterni Patris, et ipse venit in nomine Patris sui, « et Deus Pater exalavit illum, et dedit illi nomen, quod est super omnia nomen, » *Philip. II.*

25. ET PONAM IN MARI MANUM EJUS, ET IN FLU-  
MINIBUS DEXTERAM EJUS.

Ab hoc loco convenienter fere omnes, Augustinus, Hieronymus, Theodoreetus et multi recentiorum, non posse exponi verba Psalmi, nisi de Christo, vel de Davide per filium ejus Christum, ita ut tribuatur Davidi, quod in Christo ejus filio impletum est; non enim David habuit potestatem in mari, sed in terra tantum, eaque satis angusta. Terra enim promissionis extendebatur usque ad mare Palestinae, et usque ad flumen Euphratem, et non ultra. De hoc autem nostro rege dicitur: « Ponam in mari manum ejus, » id est, dabo ei potestatem, etiam in ipso mari, « et in omnibus fluminibus, » ac per hoc in omni orbe terrarum: mare siquidem est in finibus terra circumiens totam terram, flumina autem sunt in medio terra. Itaque per mare et flumina, intelliguntur omnia, fines, et meditallium; quod alii verbis dictum est in *Psalm. LXXI*: « Dominabitur a mari usque ad mare, » id est, ab uno extremo ad aliud. Posunt etiam per mare et flumina intelligi omnes populi, gentiles et Judei: nam « aquæ multe populi multi, » *Apoc. XVII*; et mare amarum et vastissimum significat genitallitem, que maximam partem generis humani tunc comprehendebat: flumina aquæ dulcis et modicas, si comprehendat ad mare, significant populum hebraicum, qui tunc erat populus Dei electus et peculiaris.

26. IFPS INVOCABIT ME: PATER MEUS ES TU,  
DEUS MEUS, ET SUSCEPТОR SALUTIS MEE.

Adhuc aperius loquitur Propheta de Christo, non de se, nisi, ut diximus, hec convenienter Da-

vidi ratione Christi, filii ejus. David enim in toto Psalterio nusquam invocat Deum sub nomine Patris; proinde non de ipso dicitur: « Ipse invocabit me, Pater meus es tu. » Et fortasse particulari providentia Dei factum est, ut David nunquam invocaret Deum sub nomine Patris, ut fecit Isaías, et alii Prophetæ, ut hic locus non acciperetur de Davide, nisi ratione Christi. Christus enim initium verborum suorum, quæ in Evangelio leguntur, inde sumpsit: « Nesciebas quia in his, que Patris mei sunt, oportet me esse? » *Luc. II.*; sic etiam ultima verba ejus fuerunt in hac vita: « Pater, in manus tuas commendabo spiritum meum, » *Luc. XXIII*. In toto autem progressu vite frequentissime Deum appellat sub nomine Patris. « Ipse, inquit, invocabit me, Pater meus es tu, » quoad divinitatem: « Deus meus, » quoad humanitatem; « susceptor salutis mee, » quoad mortalitatem. In hebreo pro voce susceptor, habetur *τύπος τσαροῦ πετρᾶ*, sive *arcem*, sive *fortitudinem* et *robur* significat. Itaque sensu est: « Tu es susceptor salutis mee, » id est, tu suscepisti salutem meam custodiandam, ut propugnaculum, sive arx munitionis.

27. ET EGO PRIMOGENITUM PONAM ILLUM EXCEL-  
SUM PRÆ REGIBUS TERRE.

Hic vero apertissime de Christo Propheta loquitur: Christus enim, qui secundum divinitatem unigenitus est, secundum humanitatem primogenitus est inter multis fratres. Dicitur autem primogenitus tribus rationibus. *Primo*, quia primus est in predestinatione: in illo enim tanquam in capite nos prædestinavimus; *secundo*, ut dicatur ad *Ephes. I*. *Secundo*, quia primus est in secunda generatione ad vitam immortalem, unde dicitur « primogenitus ex mortuis, » *Coloss. I*, et « primogenitus mortuorum, » *Apoc. I*. *Denique*, quia unum ipse habuit iura primogenitorum, et quem constituit Pater heredem universorum, *Hebr. I*. Nec solum posuit illum Pater *primogenitum*, sed etiam « excelsum præ regibus terra, » id est, Principem regum terra, et Regem regum, ut exponit S. Joannes in *Apoc. I* et *xix*. Habet in hebreo vox *τύπος*, quod est unum ex non nominibus Dei, et significat *excelsum*, sive *altissimum*, nec facile inventetur tributum creaturis. Hoc nomen habetur in *Psalm. CXII*: « Tu solus Altissimus in omni terra; » et in *Psalm. CX*: « Qui habitat in adjutorio Altissimi. » Sunt igitur omnes reges terre subjecti Christo, ut Regi altissimi, quo nihil altius inventur. At certe hec de Davide, vel Salomonе nullo modo dici possunt, nisi ratione Christi, qui ab illis descendens erat. Non solum enim non erant altissimi absolute, sed erant inferiores muli regibus terra, ac praecipue regibus Assyriorum, qui eo tempore monarchiam tenebant.

30. SI AUTEM DERELIQUERINT FILIJ EJUS LEGE  
MEAM, ET IN JUDICIS MEIS NON AMBULAYERINT.

31. SI JUSTITIAS MEAS PROFANAVERINT,  
MANDATA MEA NON CUSTODIERINT:

32. VISITABO IN VIRGA INQUITATIS EORUM,  
IN VERBERIBUS PECCATA EORUM.

28. IN AETERNUM SERVABO ILLI MISERICORDIAM  
IN VERBERIBUS PECCATA EORUM.

Hic jam predictit Propheta aeternitatem regni Christi, quemadmodum antea predixerat excellentiam: quam aeternitatem non habuit David neque in se, neque in Salomone, neque in aliis filiis, vel nepotibus, qui temporaliter regnauint in Jerusalem: defectum enim regnum illud in Jechonias. « In aeternum, inquit, servabo illi misericordiam meam, » id est, misericordia, qua motus promisi Davidi filium, per quem regnum ejus aeternum esset, semper manebit: nam « testamentum meum, » id est, pactum, et promissio facta illi per Nathan, *II Reg. VI*, fidelissime conservabatur. Sed si de Christo sint expoundenda hec omnia verba, hic erit sensus: « In aeternum servabo illi misericordiam meam, » id est, misericordia, qua illum predestinavi, et elegi ante secula, ut esset filius Dei in virtute, primogenitus, et excelsus præ regibus terra, semper manebit; non enim solverunt unquam unio hypostatica humanitas cum Verbo, ac per hoc semper erit ille homo Christus, filius Dei, « primogenitus, et excelsus præ regibus terra. » « Et testamentum meum fidele ipsi, » id est, pactum eum ipso de stabilendo regno ejus in aeternum, fideliter semper observabatur. Expressit hanc promissionem angelus Gabriel, *Luc. I*, cum ait: « Regni ejus non erit finis. »

29. ET PONAM IN SÆCULUM SÆCULI SEMEN EJUS,  
ET THRONUM EJUS SICUT DIES CœLI.

Explicit modum quo vellet Deus conservare Davidi misericordiam suam in aeternum: modus autem erit, quia dabit illi semen, id est, filium Christum, qui manebit, et regnabit in seculum seculi; ac per hoc « thronus ejus, » id est, regnum Davidis, nunquam finem habebit, sed tempus ejus erunt « sicut dies cœli, » id est, sicut tempus, quo durabit celum: quod quidem Deus ipse statuit in aeternum, et in seculum seculi, ut dicitur in *Psalm. XLVIII*. S. Augustinus per semen, hoc loco, intelligit filios Christi regeneratos ex aqua et Spiritu Sancto, qui post resurrectionem manebunt in regno Dei in seculum seculi. Sed magis convenienter littere, ut per semen intelligatur ipse Christus, juxta illud *Psalm. CXXXI*: « Juravit Dominus David veritatem, et non iustrabit eam; de fructu ventris tui ponam super sedem tuam; » et in hoc *Psalm. I* paulo infra: « Semel juravit in sancto meo, si David mentiar; semen ejus in aeternum manebit. »

30. SI AUTEM DERELIQUERINT FILIJ EJUS LEGE  
MEAM, ET IN JUDICIS MEIS NON AMBULAYERINT.

31. SI JUSTITIAS MEAS PROFANAVERINT,  
MANDATA MEA NON CUSTODIERINT:

32. VISITABO IN VIRGA INQUITATIS EORUM,  
IN VERBERIBUS PECCATA EORUM.

33. MISERICORDIAM AUTEM MEAM NON DISPERGAM AB EO, NEQUE NOCEO IN VERITATE MEA.

34. NEQUE PROFANABO TESTAMENTUM MEUM, ET QUE PROCEDUNT DE LABIIS MEIS, NON FACIAM IRRITA.

Respondet objectioni que fieri potuisse, ac dicit, quod si filii Davidis iram Domini malis suis operibus provocaverint, ipsos quidem peccantes puniendo corripiet, non lamen irritum faciet, quod jurando promisit. « Si autem dereliquerint filii ejus, » id est, Davidis posteri, legem meam, sive iudicialem, sive ceremonialem, sive moralem. « Et in iudicis meis non ambulaverint, » id est, si vel solam iudicialem legem sequi noluerint; « si justitias meas profanaverint, » id est, si vel solam ceremonialem legem pollluerint; « et mandata mea non custodierint, » id est, si vel solam moralem legem non observaverint: « Visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus peccata eorum, » id est, non relinquam eorum sceleram impunita, sed castigabo paterno flagello. « Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, » id est, non propter peccata filiorum removebo a Patri beneficium, quod misericorditer promisi; « neque nocebo in veritate mea, » id est, neque offendam veritatem meam quam utique offendorem, eique nocerem, si irritum faciem, quod promisi. Illud, *noceo in veritate, accipiendo est, pro noceo veritatem*. In hebreo clarius habetur, *neque mentiar contra veritatem meam*. « Neque profanabo testamentum meum, » id est, non polluam pactum meum, illud non observando; « et que procedunt de labiis meis non faciam irritum, » id est, non irritabo promissa mea. Hie duo sunt observanda. Unum est per filios Davidis intelligentes posteros Davidis secundum carnem, si per Davidem accipiantur persona ipsa Davidis filii Jesse, ut nos ad litteram accipimus: sin autem per Davidem intelligatur Christus, ad litteram intelligit S. Augustinus, et nos spiritualiter intelligi posse existimamus: tunc per filios Davidis accipiens eum populus christianus, qui per baptismum in Christo regeneratur. Alterum est, ex hoc loco non esse colligendum, filios Davidis, sive iudei, sive christiani sint, non posse pertine in aeternum, si mali sint, quemadmodum hereticorum aliqui docerunt; non enim dicit per Psalmista Deus: « Misericordiam meam non dispergam ab eis, » sed « non dispergam ab eo. » Itaque si mali flagello paterno correpti corrigit voluerint, hereditatem non amittent, immo in gratiam instar filii prodigi amantissime recipiuntur; sed si obstinate in malo perseveraverint, ipsi quidem ab hereditate paterna excedent, sed veritas Domini stabit, neque regnum Christi peribit, quoniam « potest eus Deus de lapidibus suscitat filios Israel, » ut legitur apud Matth. cap. xi; quoniam qui praecogniti sunt, et predestinati

in Christo a te mundi constitutionem, sine dubio ad finem usque in fide, spe et charitate perseverabunt.

35. SEMEL JURAVI IN SANCTO MEO. SI DAVID MENTIAR, SEMEN EJUS IN AETERNUM MANEBIT.

36. ET THRONUS EJUS SICUT SOL IN CONSPETU MEO, ET SICUT LUNA PERFECTA IN AETERNUM, ET TESTIS IN CELLO FIDELIS.

Reddit rationem, cum velut adimplere promissionem de stabilendo regno Davidis, etiam si filii ejus non adimpleant precepta ipsius, et ratio est, quia juravit, id est, firmissime et sine retractatione promisit. « Seinel, inquit, juravi in sancto meo, » id est, irrevocabiliter et immutabiliter juravi per sanctitudinem meam. Illud, *semel*, significat immutabilitatem, quia unicum Dei juramentum equivalerat innumerabilibus aliorum iuramenti. Illud, *in sancto meo*, potuisse veri, in *sancitate mea*; sed idem est sensus, *in sancto meo*, id est, in sancto nomine meo, sive in sancto nomine meo; quod Genes. xxii dicit: « Per membrisum juravi. » Si David mentiar; « existimant aliquae haec esse verba iuramenta, quas dicat: Si David mentiar, hoc aut illud mihi contingat. Sed improbabile est Deum jurare iuramento executorio. Verius est illud si equivalerent particule negant, et sensus esse, *Si David mentiar*, id est, non mentiar Davidi, quomodo dicitur in Psalm. cxxxii: « Juravit Dominus David veritatem, et non frustabit eam. » Similis locutio est apud Iosuam cap. xxii: « Si dimittitur iniurias haec vobis, donec moriamini, dicit Dominus exercituum. » Verba iuramentorum sunt que sequuntur: « Semen ejus in aeternum manebit: Et thronus ejus sicut sol, » etc., id est: « Juravi, et non mentiar Davidi, quod filius ejus Christus in aeternum vivet, et regnum quoque ejus semperniter erit. Illustrat autem hanc iuratum promissionem tribus similitudinibus, solis, luna plena, et arcus caelestis. « Thronus, inquit, ejus in conspectu meo in aeternum manebit, sicut sol, sicut luna perfecta, et sicut testis in celo fideli: » que significant regnum Christi, ac per hoc Ecclesiastes ejus, fore semper illustrem et perspicuum, non obscuram, vel invisibilem, ut heretici somniant; nihil enim clarus et pulchrus sole interduci; nihil item clarus et pulchrus in nubibus arcu caelesti, qui testis est fidelis a Deo datum hominibus, nunquam amplius fore diluvium aquarum. Per testem in celo fideliem aliquipsum lunam intelligunt; sed videtur probabilitus, ut intelligatur Iris, siquidem hoc loco vox in celo, non est יְהוָה, sed יְהוָה, quod nubes, aut celum aerium propriè significat, ut perspicuum est ex illo Psalm. xvii: « Tenebrosa aqua in nubibus aeris; » et ex illo Deuteronom. xxxiii: « Magnificenter ejus discurrunt nubes. » Porro regnum Christi in communis prosperitate lucet, ut sol undique in die sereno, in communis perse-

cutione fulget, ut luna plena in tenebris noctis. Ubi vero admixta est persecuti prosperitas, similis est Iridi in nubibus. Illud, *luna perfecta*, in hebreo est יְהוָה, *stabilitus*, sive *preparabitur*. Ex quo intelligimus vocem perfecta explicandam esse, ac si dictum esse: *Luna stabilitus*, sive *parabatur*; et siquidem agatur de stabilitate luminis, ut idem sit luna perfecta, quod luna plena, tunc id quod sequitur, in aeternum, non est conjugendum cum luna, sed cum thronus tuus, ut sit sensus: Thronus tuus erit in conspectu Dei in aeternum, sicut sol, et sicut luna plena: et luna sensum supra persecuti sumus; sed si agatur de stabilitate substantiae luna, que incorruptibilis est, tunc in aeternum jungi poterit cum luna perfecta, ut sensus sit: Thronus tuus erit in conspectu meo sicut sol, et sicut luna, que perfecta est quoad substantiam, et stabili in aeternum.

37. TU VERO REPULISTI ET DESPEXISTI, DISTULISTI CHRISTUM TUUM.

Hoc est altera pars Psalmi, in qua Propheta in persona populi capili, orat pro adimplitione promissionis divine; quamvis enim Deus firmiter et cum juramento promiserit, vult tamen rogari, ut faciat quod promisit: sic Isaiae, Genes. xxv, « deprecatus est dominus pro uxore sua, quod esset sterilis; » et tamen Genes. xxii, promiserat Deus Abraham sobolem copiosam ex filio. Multiplicabo, inquit, semen tuum, sicut stellas ecclie; » et ibidem: « In semine tuo benedicent omnes gentes. » Orat autem Propheta Deum, illum quod modo admonet, quod si tandem differat imple promissum, videbitur non velle servare pactum et juramentum suum. Itaque sensus est hujus versiculi et sequentium: Tu, Domine, promisisti cum iuramento filium Davidis perpetuo regnaturum; nunc autem videmus regnum ablatum esse a filiis David, et occupatum a rege Assyriorum: ergo, ut confirmes verbum tuum, mitte filium illum Davidis, quem promisisti, et diligi regnum sempiternum, utjurasti; aliqui ridebunt nos inimici nostri, et in te redundabunt opprobrium nostrum. « Tu verorogulisti, et despexisti, » id est, promisisti bona, nunc vero reddis mala, quia repulisti nos a protectione tua, et despexit nos, quos magnificare videbas. « Distulisti Christum tuum, » id est, elongasti a te regem populi tui, Iechoniam videlicet, et Sedeciam, qui captivi duci sunt in Babylonem. S. Augustinus alter exponit, videlicet: Distulisti mittere ad nos Christum tuum, illum qui perpetuo regnaturus est. Vox hebreica veritutis a S. Hieronymo et Hebreis: *Istratus es cum Christo tuo*; cum qua sententia coheret prior exposito: « Distulisti Christum tuum, » id est, elongasti regem a favore tuo et a regno suo, quod est signum irae et indignationis in eum: tamen sententia S. Augustini, que est conformis graeca et latine lectioni, potest etiam concordari cum voce hebreica: nam

38. EVENTISI TESTAMENTUM SEBVI TUI, PROFANATI IN TERRA SANCTE LRHUM EJUS.

Explicit quomodo Deus repulit et despexit populum suum: ac primum dicit Deus evertisse testamentum servi sui, id est, retractasse pactum inquitum servu suo David: quod intelligendum est de eversione, sive retractatione, quoad apparentiam, non quadam veritatem. Videbat enim Deus nolle regnum Davidis esse perpetuum, quia permisit occupari civitatem Hierusalem, et totam Palastinam a rege Assyriorum; sed revera non de illo terreno intelligenda era promissio, sed de spirituali et colesti. « Profanasti in terra sanctuarium ejus, » id est, proiecisti in terram, et hoc modo profanasti sacram diadema ejus: quod factum est quando cessavit regnum Davidis, turbatis de solo Iechoniam et Sedecia, et ablato ejus regio diademate: nam in hebreo habetur, וְנִזְרֵעַ, quod proprio significat diadema regium, quod sanctum et sacrum habebatur; in graeco est, ἔπιξεψ, quod sanctitatem, et sanctuarium, et sanctificationem significat. Noster Interpres hoc loco verit, sanctuarium; sed in Psalm. cxxxii, verit sanctificationem, ubi apertissime loquitur Propheta de diademate, non de templo; sic enim loquitur: « Super ipsum efflorere sanctificatio mea. » Itaque per sanctuarium videatur intelligenda sanctitas diadematis. Si tamen quis velit Theodoreti et Euthymii expositionem sequi, qui per sanctuarium profanatum intelligunt templum Salomonis per Nabuchodonosorem regem eversum et incensum, dicere poterit ipsum amplius vocatum esse diademum populi Iudaici, quoniam revera erat illis instar corona glorioissima, et eo maxime tamquam insigni diademate gloriaruntur.

39. DESTRUXISTI OMNES SEPES EJUS: POSUIS FIRMENTUM EJUS FORMIDINEM.

40. DIRIPUERUNT EUM OMNES TRANSEU VIAM, FACTUS EST OPPROBRIUM VICINIS SUIS.

Comparat populum Iudaicum, per Davidem significatum, vineæ quæ, destruta sepe, fit omnium transuentium præda; ita enim populus ille, Deo non protegente, factus est in direptionem Assyrii non semel, sed sibi capientibus et spoliantibus Jerusalēm. Historia nota est ex IV lib. Reg. : « Destruxi, inquit, omnes sepes ejus, » id est, tu Deus nos auxilio et protectione tua destituens, in causa fuit ut instar vineæ, destruta sepe, diripueremus ab hostiis. « Posuisti firmamentum ejus formidinem, » id est, fecisti ut in locum munitionis firmissime succederet, in Davidis regno et civitate, formido : erant enim antea in eo regno fortissimi milites, sed Deo deserte faci sunt timidi et imbellis, ut hostibus nullo modo resistere possent. Tribuit autem populus Deo causam horum malorum, quoniam intelligebat, sine Dei voluntate non fieri, et facilius esse Deo, si velit, omnia impedit. « Diripuerunt eum omnes transuentis viam, » id est, diripuerunt populum Dei hostes ejus sine ulla prohibitiōne, quod modo diripiunt vineas omnes transuentes per viam, quando disiecte sunt sepes, vel macerie, quæ adiutum prohibebant. « Factus est opprobrium vici-nis suis, » id est, inde factum est ut omnes populi vicini irideant populum Dei, qui tam imbellis factus est, ut nulli hosti resistere valeat.

41. EXALTASTI DEXTERAM DEPRIMENTEM EUM, LÆTIFICasti OMNES INIMICOS EIJUS.

42. AVERTISTI ADJUTORIUM GLORI EIJUS, ET NON ES AUXILIATUS EI IN BELLO.

Pergit narrare calamitates populi Dei, in quas incidit desertus ab adjutorio divino. « Exaltasti dexteram deprimentem eum, » id est, juvisti hostes populi tui, ut faciliter deprimeremus populum tuum. Exaltare, hoc loco, significat magnificare, roborare, exaltare force. Inde vero sequuta est laetitia magna apud hostes, ob tam facilem victoriam; ideo subiungit, « Iustificasti omnes inimicos ejus : contra vero avertisisti adjutorium glori ejus, » id est, avertisti adjutorium tuum a gladio ejus; regis videlicet, vel exercitus populi tui : quod clarum est aplice dicens : « Et non es auxiliatus ei in bello; » ideo reges Juda resistere nequeruntur Assyriis, hostibus suis.

43. DESTRUXISTI EUM AB EXAUDITIONE, ET SP-DEM EIJUS IN TERRAM COLLISISTI.

Obscurus est hic locus, sed ex posteriori parte versiculi apparet sermo nem esse de privatione cultus regi, qui mundissimus et splendidissimus esse solebat. Liebreus textus est clarius; sic ad litteram verbi posset : Cessare fecisti munditudinem ejus, et thronum ejus in terram destraxisti. Graecus autem sic verbi potest : Dissolvisti eum a munditia sua, et sedem ejus in terram collisisti. Igitur his videtur esse sensus: Spoliasti regem vestitus regis, et hoc modo destruxisti, et cessare fecisti munditatem ejus, induens illum sordidis et atris vesti-

bus, et thronum regni ejus destraxisti in terram, et confregisti, ut neque cullus, neque thronus regius illi superreseret. Alii volunt, per emundationem intelligi templum, in quo per sacrificia mandabantur Iudei. S. Augustinus intelligit hunc locum de emundatione cordis per fidem Christi, a quo destruci sunt Iudei, qui in Christum credere noluerunt. Sed ad litteram probabilius est accipi emundationem pro munditia et nitore vestium regiarum, quas cum throno reges illi amiserunt.

44. MINORASTI DIES TEMPORIS EIJUS : PERFUDISTI CUM CONFUSIONE.

Hec est ultima et principialis calamitas, quod cum Deus promisisset Davidi regnum perpetuum, jam videbatur illam promissam æternitatem ad brevissimum tempus contrahisse : nam in Iechania et Sedeicia finitus est regnum illud temporale Davidis, quod speraverat nullum finem habitorum ; ex hac autem diminutione temporis repletum est David in posteris suis magna confusione. In hebreo habetur, abbreviata des adolescentie ejus. Sed Septuaginta non videbatur legisse, νεανικὴ halama, quod est a *adolescentia ejus*, ut S. Hieronymus vertit, sed *halama*, unica littera transposita, quod significat, *sacerdotum ejus*, ubi etiam indicatur promissio seculorum, sed abbreviata postea, et contracta; qui autem legi volunt, *adolescentia ejus*, intelligunt per adolescentiam, tempus virentis et florantis regni, quasi Deus non permisit regnum salem pervenire ad senectum, sed in ipso quasi flore atlatis illud occupare voluerit.

45. USQUEQUO, DOMINE, AVERTIS IN FINEM? EXARDESCET SICUT IGNIS IRA TUA?

Hic jamic in prætorio pro acceleratione adventus Messiae, ut implorat promissio jurata Dei. « Usquequo Domine, avertis in finem ? » id est, quādū avertes te, aufaciū faciem tuam, usque in finem, id est, usque ad ultimam perniciem et consumptiōnem, sine spe reconciliationis? quādū ex ardeat indignatio tua, » quasi ignis, qui non cessat, donec in cinerem redigeret quod cremandum suscepit. In hebreo habetur, שׁמְרֵת תְּדִבָּר יְהוָה, usquequo, Domine, abscondebis? ex quo intelligimus illud, usquequo avertis, require, ut subintelligatur *fa-siem tuam*, vel *te*: tunc enim Deus abscondit dicitur, cum avertis a nobis faciem tuam, et sic cessat nos illuminare et calefacere lumine gratiae sue, que est vita vera animarum.

46. MEMORARE QUA MEA SUBSTANTIA, NUM-QUID ENI VANA CONSTITUSSI OMNES FILIOS HO-MINUM?

47. QUI EST HOMO QUI VIVET, ET NON VIDEBIT MORTEM? ERUET ANIMAM SUAM DE MANU INFERI?

Nominali sive exponunt hos versiculos, ut sensu-

sit : Vita nostra brevissima est, et mors omnibus viventibus imminet, proinde, nisi in vanum constitueris filios hominum, da nobis, Domine, solatum aliquod, dum vivimus, et accelerare consolationem, ne ante rapiamur a morte, quam adveniat consolatio tua. Nimirum humili videtur haec interpretatio : et iudicium sapit, cum ultra praesentis vita bona non assurgat. S. Augustinus de Christo exponit, ut sensus sit : Memorare, Domine, quod Christi natura humana, mea substantia est, et proper illam non vane constitueris filios hominum : ille est, quæ vivet, et non videbit mortem, quia ipse solus eruet animam suam de manu inferi, et resurgens a mortuis vivet, et non videbit amplius mortem. Sed haec expositio non est littoralis; nam vox substantia hoc loco non significat naturam, sed tempus vita, sive subsistentiam : nam in hebreo ad verbum sic legitur, זכר נזק memorare ergo quanti temporis sim, id est, quam sit brevis vita mea, quam brevi tempore subsistam in vivis; cui sententia ecce connectitur quod sequitur : « Quis est homo qui vivet, et non videbit mortem? » id est, nemo vivit in terris, qui non sit moritur: et non est diuturnum, quod finem habet. Idem repetit, cum additur : « Eruet animam suam de manu inferi, » id est, quis est homo, qui non sit iterus ad locum mortuorum? quasi dicat : Nemo vivit super terram, qui possit evadere mortem, per quam descendunt corpora sub terram, et anima ad inferos. Et si quidem tempore nondum apertum erat oculum, quo nunc ascendunt animæ justorum perfectorum. Existimo igitur Prophetam, qui spiritualis erat, ex brevitate vita humana, et caducitate rerum humanarum exsarsisse in desiderium vita futura eternæ in celis, ac Deum precari voluisse, ut Messias cito mitteret, Patrem futuri sæculi, qui aperte credentia regna celorum; nisi enim saltem pars aliqua generis humani ad vitam eternam et beatam per Christum perveniret: vere in vanum condidisse videbatur Deus omnes filios hominum. At iugit : « Memorare que sit mea substantia, » id est, quam brevis, quam fragilis, quam ærumposa sit subsistens mea in terra. « Numquid enim vane constitueris omnes filios hominum? » id est, num constitueris filios hominum, ut solum hanc vitam vivent, eamque tam brevem et ærumpis plenam? id enim esset frustra condidisse genus humanum, si nulla ejus pars finem ultimam attingeret. « Quis est homo, qui vivet, et non videbit mortem? » id est, quod sit brevis, et ærumposa haec vita nostra, vel ex eo constat, quod nemo potest mortem evadere, nemo eruet animam suam de manu inferi; inferus enim, sine ulla exceptione, omnes mortales ad se trahit.

48. UBI SUNT MISERICORDIE TUE ANTIQUE, DOMINE, SICUT JURASTI DAVID IN VERITATE TUA?

Hic jam aperte Deum precatur, ut implorat pro-

missum de rege mittendo ex semine David, qui populum suum in eternum regat. « Ubi sunt misericordiae tue antiquæ, Domine? » id est, promises ex misericordia tua olim factæ Davidi, quas etiam juramento confirmasti per ipsam tuam veritatem jurans, ac dicens : « Semen ejus in eternum manebit, et thronus ejus, sicut dies cell. »

49. MEMOR ESTO, DOMINE, OPPROBRII SERVORUM TUORUM, QUOD CONTINUÍ IN SINU MEO MULTARUM GENTIUM.

Addit aliam rationem, cur tanto affectu postulet adventum Messiae: quoniam populi infideles exprobaveron non cessant populo Dei, quod frustra speraverit regem æternum ex semine David. « Memor, inquit, esto, Domine, opprobrii servorum tuorum, » id est, viuperationes quam patiuntur servi tui ab infidelibus. « Quod continuí in sinu meo multarum gentium, » id est, quod opprobrium ego populus tuus continuo, sive portavi, ut sonat vox hebreica, in sinu meo, multarum gentium, id est, a multis gentibus : dicunt autem portari in sinu, sive contineri in sinu opprobrii, quando non potest exitu per manifestam responsionem. Ita populus ille tacens et dolens fererat opprobrium a multis gentibus sibi objectum, quia non poterat ostendere promissionem Dei fuisse impletam, vel brevi, ac certo impletandam.

50. QUOD EXPROBRAVERUNT INIMICI TUI, DOMINE, QUOD EXPROBRAVERUNT COMMUTATIONEM CHRISTI TUI.

Hoc videlicet est opprobrium, quod portabat in sinu suo, quod inimici Domini exprobarent populo Dei commutationem Christi sui, id est, quam compensationem habuisset David a Deo pro tam amplis promissis, destructionem videlicet regni sui : nam commutatio hoc loco accipiet pro compensatione, ut Matth. XVI: « Quam commutationem dabit homo pro anima sua? » nam vox hebreica בְּנֵי קֹדֶשׁ significat proprie calceum, et inde accipitur pro vestigio : nec desunt qui hic vertant, vestigia Christi tui; denique significat etiam mercedem, quae datur in compensationem, sive commutationem meriti, ac per hoc pro compensatione ei commutatione accipi potest. Atque hec facilima ratio est concordandi texum grecum cum hebreico : qui enim vertunt, vestigia, sive itineria Christi tui, nullam rationem reddere possunt cur Septuaginta verterint commutationem.

51. BENEDICTUS DOMINUS IN ETERNUM: FIAT, PIAT.

Hec Psalmi conclusio satis aperte docet Prophetam intellectisse promissionem factam Davidi stabilem et firmam fuisse, et omnino impletandam

tempore suo, quantumvis contrarium suadere videtur quae fiebant tempore Nabuchodonosoris. Imo eliam eadem haec conclusio docet cognovisse Dav' dem, imo divinam providentiam effecisse, ut regnum illud terrenum everteretur, ne putarent carnales, Judei in Salomonem aut alio ex regibus Iudee promissionem divinam impletam fuisse. Alii igitur : «Benedictus Dominus in eternum.

num, » id est, laus, et gratiarum aetio semper Domino deferatur, quoniam omnia bene facit, et justus est in omnibus verbis suis, et sanctus in omnibus operibus suis. « Fiat, fiat, » in hebreo,amen, amen, id est, sic est, et sic opto ut fiat, ut videlicet Dominus benedicatur in eternum. Atque hic est finis libri tertii secundum Hebreos.

## LIBER IV PSALMORUM

SECUNDUM HEBREOS.

▲ PSALMO XC USQUE AD PSALMUM CVL.

## PSALMUS XC

SECUNDUM HEBREOS.

## V. v. — 1. Oratio Moysi hominis Dei.

Domine, refugium factus es nobis, a generatione et generatione.

2. Prisquam montes fierent, aut formaretur terra et orbis, a seculo et usque in seculum tu es Deus.

3. Ne avertas hominem in humilitatem, et dixisti : Convertimini, filii hominum.

4. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quae praterit,

Et custodia in nocte; 5. quae pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

6. Mane sicut herba transeat, mane floreat, et transeat; vespera decidat, induret, et arescat.

7. Quia defecimus in ira tua, et in furore tuo turbati sumus.

8. Posuisti iniurias nostras in conspectu tuo, sacerulum nostrum in illuminatione vultus tui.

9. Quoniam omnes dies nostri defecerunt, et in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur :

10. dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.

Si autem in potentibus, octoginta anni, et amplius eorum labor et dolor.

Quoniam supervenit mansuetudo, et corripiemur.

11. Quis novit potestatem irae tuae, et proxime tuo iram tuam 12. dinumerare?

Duxeram tuam sic notam fac, et eruditos corde in sapientia.

13. Convertere, Domine, usquequo? et deprecabilis esto super servos tuos.

14. Repleti sumus manus misericordia tua, et exultavimus, et delectati sumus omnibus diebus nostris.

## V. s. II. — Oratio Mosis viri Det.

Domine, habitatculum tu factus es nobis : in generatione et generatione.

Antequam montes nascerentur, et parturiretur terra et orbis : a seculo et usque in seculum tu es Deus.

Convertes [h. convertitis] hominem usque ad contritionem, et dices [h. dicitis], revertimini [al. convertimini], filii Adam :

Quia mille anni in oculis tuis sicut dies hesterna que pertransit, et vigilia nocturna.

Percutiente te eos, somnium crunt : mane quasi herba pertransiens.

Mane floruit, et abiit : ad vesperam conteretur atque siccabitur.

Consumpti enim sumus in furore tuo, et in indignatione tua confurbati sumus.

Posuisti iniurias nostras coram te : negligencias nostras in luce vultus tui.

Onnes enim dies nostri transierunt in furore tuo : consumpsimus annos nostros quasi sermonem loquens.

Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni : si autem multum, octoginta anni, et quod amplius labor et dolor : quoniam transi-  
vimus cito et avolavimus.

Quis novit fortitudinem irae tuae, et secundum timorem tuum indignationem tuam?

Ut numerentur dies nostri sic ostende, et veniens corde sapienti.

Reverte, Domine, usquequo, et exoribilis esto super servos tuos.

Impel [h. satia] nos matutina misericordia tua, et laudabimus et latabimus in cunctis diebus nostris.